



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad  
Dominicam Septuagesimæ

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Majus est Christi beneficium, amaritudines nobis reliquisse amabiles,  
quàm nullas nobis reliquisse.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44194**

## ALIA CONSEQVENS VERITAS.

Majus est Christi beneficium, amaritudines reliquisse nobis amabiles, quam nullas nobis reliquisse.

**RATIO EST,** Quia talem dare materiam sine occasione promerendi in qua sine magna labore multum acquiras meriti, multum divina gratia, tibi facillime comparare possis & gloria, majus est beneficium, quam si omnino soleres illam promerendi occasionem.

**Q**UIS enim non videat quod quando adjungitur minimo labori maximum præmium, in summis id beneficium sit reponendum? Nim licet perfectus & gloriosus videatur esse, si graviora pro Christo pertuleris, quam si leviora sis passus; quia tamen in gravioribus vel sæpe deficiamus, vel propter impatientiam, de merito multum detrahimus; certe id beneficium & gratiosum censeri debet, si licet temperentur poenæ, ut & facillime tolerentur, & nihil tamen propter temperamentum decedat de merito, imo & augeatur amplius & uberius. Nonne propterea Sapiens gratulandus clamabat? *Videte oculi vestri, quia modicum laboravi, & inveni mihi multam requiem.*

Eccles. 31.

SED quando Christus reliquit nobis amabiles amaritudines, reliquit nobis materiam si-

ne occasionem promerendi, in qua sine magno labore multum nobis meriti proveniret, imo & quod minor esset labor, eò majus esset promeritum.

Nam cum diminutio illa laboris non procedat ab objecto leviori, sed ex affectu vehementiori Charitatis, atque ex voluntate magis libera & propensa; quam facit nobis amor Christi: tam foelix & beata est illa laboris diminutio, ut meritum ex æquo crescat & augeatur, & decrescit & minuitur labor. Ex una nempe ac eadem radice Charitatis proveniunt, & diminutio laboris & augmentum meriti; quod enim est major charitas, eò minus laboratur, & major est laboris fructus. Hi sunt novissimi primi qui in una hora tantum merentur & referunt lucri, quantum qui portaverunt pondus diei & æstus: O vere bonus Dominus qui sic nobiscum agit! O vere nos maligni & ingrati si difficultates querimus aut excusamus! Nimis enim aperte patet: *Majus esse Christi beneficium, amaritudines reliquisse nobis amabiles quam nullas reliquisse. Hæc est gratia si propter Dei conscientiam sustinetis quæ tristitia. Si bene facientes patienter sustinetis, hæc est gratia*

Matth. 24.

1. Petr. 2.

apud Deum. Vide Verbo difficultas. Amor. Christus.

## ALIA VERITAS PRACTICA.

Aur non amatur Christus, aur amatur asperitas.

**RATIO EST,** Quia non amatur Christus si quod est certius amoru signum illi denegetur.

**E**ST enim probandus Illi noster amor, licet probe norit quid sit intus in corde nostro, ne tamen ipsi nos decipiamus, amorem fictitium pro vero & germano capientes, vult à nobis certa dari signa, quibus ipse permotus dicat, *Nunc cognovi quod timeatis & diligatis Deum.*

Gen. 22.

**SED** certius amoru signum est asperitatis amor. Vel quando conjuncta est muneri obeundo, vel cuius necessitati subeundæ, fornax est in qua probetur amor, velut aurum & argentum in confatorio.

Eccles. 26.

*Aur Ergo non amatur Christus, quod est Christiano nimis pudendum, aut amatur asperitas, quæ est amoris certior nota.*

Videnda in secunda parte, Dominica infra Octavas Ascensionis.

H 3

SIC